Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



359

et aspernabantur ceteros parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus phariseus et alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat. Deus: gratias tibi ago: quia non sum sicut ceteri hominum: raptores iniusti adulteri: velut etiam hic publicanus. Jejunio bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare: sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Feria. iiij. Ad Corinthios. Nescitis quia corpora vestra membra sunt xpi. Tollens ergo membra xpi facam membra meretrix? Absit. An nescitis quia qui adhaeret meretrici unum corpus efficitur? Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autem adhaeret domino: unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum quecumque fecerit homo extra corpus est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis quia membra vestra templum est spiritus sancti qui in vobis est quem habetis a deo et non estis vestri. Empti enim estis pretio magno. glificate et portate deum in corpore vestro. Sancti Matheum. Ego illo tempore: dixit dominus. i. pharisaeis. Qui non est mecum contra me est. et qui non congregat mecum spargit. Ideo dico vobis: omne peccatum et blasphemia re